Ad vitam spirituales decem illi dotes, & virtutes sunt necessaræ. 1. Aqua Baptismi & compunctionis lacrymarum. 2. Ignis id est Spiritus Sanctus, eiusque caritas & zelus. 3. Ferrum, seu patientia & constantia ad vitæ huius ærumnas superandis. 4. Sal, quod est symbolum dilectionis. 5. Lac feu innocentia, simplicitas, morumque candor. 6. Panis, id est, Eucharistia, qua anima nutritur ad vitam æternam. 7. Mel quod est castitas, quia mel a castis avibus produciatur. 8. Botrus uvæ, seu memoria passionis Christi, quæ nos corroborat. 9. Oleum, quod est Misericordia, & omnis beneficentia erga egenos. 10. Vestimentum, quod est modestia, quæ omnes virtutes ornât, & perficit. Hic ergo est Decalogus virtutum, in quo salus, & perfectio nostra consistit. C. Eccli. 39. v. 31.

Christiani revera lapides sunt, ex quibus caelestis Solyma ædificatur: 1. Sicut lapis poliri & quadrari debet, ut sit aptus ad fabricam; ita fidelis poliri & perfici debet per tribulationes, & tentationes. 2. Sicut lapis debet esse durus & fortis, ut molem sibi incumbentem, & insultus tempestatum sustineat; ita fidelis debet esse constans, & fortis. 3. Sicut lapis inferior portat inferiorem: ita fidelis alterum sustineat iuxta illum: *Alter alterius onera portate!* 4. Sicut lapis unus alteri calce conglutinetur; ita fidelis unus alteri caritate conjungatur. &c. C. i. Petri 2. v. 5.

41. Per crucem, & passionem se probat esse talem.

Apostolus patientiam præfert signis, & prodigiis, quasi innuat non posse evidenti signum dari Christiani, quam pati. S. Theresia, ait moriendum aut patientiam esse dixit: *Ita Christiani persecutionum occasione non fugiant.* S. punct. 47. fol. 184. & punct. 51. Vide Titulum *Adversitas & Cruce.* C. i. Petri. 4. v. 1.

Ne quæras ubi crux: omnis enim vita Christianorum, ait Augustinus, si secundum Evangelium vivitur, crux est: Clavi sunt amor, spes, timor: Christus lætatur est portando crucem ex triplici ratione: 1. Quia voluntas Patris impletur. 2. Quia Redemptio humana perficitur. 3. Quia sibi meritis est gloriam. Hæc etiam Christiani motiva sunt. S. punct. 26. fol. 658.

Christianus Neo-conversus multis tribus Clavis spiculis unversis. Pars II. |

bulationibus obruitur. Id imputans suæ conversioni redit ad gentilismum, & crucifixi imaginem cultro vulnerat: sed suo malo: quia prolem sibi gentium reperit eodem vulnere occisam. Nescivit hic miser cracem esse probationem Christianiorum. R. cent. 3. p. 2. mir. 13.

P. Franciscus a JESU, ut Christianis in Japonia succurrere posset, ultra mancipium fugit, in urbe Nangasacho castanea vendit. Olim Sacerdoti agonizanti in mari opem ferens addidit, quassus a Lusitano milite, quo pretio sua castanea venderet, cum caro nimis pretio esse merces haberet, a milite alapa percussus est pulsante, cum effremancipium. Sed cum istam alteram maxillam obtulit, pro Christiano agnitus est. R. cent. 3. p. 2. mir. 32.

Est signum quasi ad sagittam pertinet, quia tota vita Christiani est mera crux vel externa vel interna: hanc quotidie expectare debet & æmone, & carne, & amicis, & morbis. &c. C. Thren. 3. vers. 13.

42. Debet profiteri & tendere ad sanctitatem.

Primi Christiani fuere omnes Religiosi, qui carnem suam cum Christo crucifigentes, passionem & concupiscentias suas mortificare studuerunt: cœnobitarum institutum ab ipsis Apostolis initium sumptum; multi enim perfectionis avidi non tantum suas opes Apostolis contulerunt, sed etiam in secretoria loca recesserunt ab omni conversatione alieni, idcirco a solitudine Monachi, a Communione Cœnobitæ vitam nuncupati. Horum Principes & Magistri fuerunt S. Marcus Evangelista in Ægypto, S. Mattheus in Æthiopia, S. Paulus in Græcia, S. Clemens Romæ, S. Martha in Gallia. C. in Ad. 5. v. 2.

Quanta fuerit primorum Christianorum sanctitas, patet ex Ephis, seu Effenis, quorum vitæ & morum rigorem describit Philo, Eusebius & alii, præcipue vero Josephus Judæicus, ubi ait, eos fuisse opum contemptores, paupertatis, & vitæ communis amantes, Religiosos erga Deum, silentio deditos, pacificos, continentibus, iustos, in tormentis constantes, æternitatis viventes. &c. C. in Ad. 5. v. 2.

Quid sibi veli Nomen Christiani querit Nyssenus, & respondet: *Christianismus est vite Divina imitatio.* Et S. Basilus: *Est assimilatio Dei, quatenus eam assumpsit, quasi humane nature fragilitas! Ne cunctare Deo fieri similes! Christum imitare!* S. Augustinus ait: *Christus est Christi*

Josephus Jud. l. 1. de bell. c. 7.

S. Basilus Hom. 19. Hexam.

imitator. Et iteram: Christianus est, qui potest iusta voce dicere: Nemini hominum notus, iuste tamen cum omnibus &c. C. in Act. c. 5. v. 2.

Homini Christiani est, ut in perfectione, & sanctitate semper proficiat; sicur per lac nutrimentum, & crescent pueri; sic per legem Domini Christianus in virtute crescat. Vera virtus finem nescit, ait S. Bernardus, ita ut si semper oveset, semper iustior esse contenderet. Et alibi: O Monache non vis proficere? Non! Vis ergo desicere: Nequaquam! Quid ergo vis, quod fieri non potest! Inter profectum & defectum nihil medium inventur: Qui non proficit desicit. C. 1. Petri c. 2. v. 2.

Hec est catena S. Petri ornans Christianum, si fidei jungatur virtus, virtuti scientia, scientia abstinentia, abstinentia patientia, patientia pietas, pietas amor fratrum, amor caritas: in his consistit perfectio vite Christiane. C. 2. Petri c. 1. v. 7. Christiani vocantur sancti, Fratres, & Fideles; quia Christianissimus est profectio sanctitatis. C. Ep. ad Coloss. c. 1. v. 2.

Christiani hominis officia sunt, iuxta estatum S. Basilii. Non personarum dignitate, sed iuxta Christianissimum insignitur. 1. Ut ubi Dei gloria periclitatur, alta omnia pro nihilo reputet. 2. Ut ex persecutionibus, velut flamma a vento magis exardescat. 3. Ut legis, & crucis Christi professionem faciat. 4. Rebus ipsis, non tantum verbo se Christianum pro Christo militem ostendat. &c. C. in Act. 11. v. 26. Legem Dei observet. C. Prov. 19. v. 16. &c.

Sanctus idem est ac segregatus, qui enim fe consecraverit Deo, quasi extra mundum esse censeat. Sanctitas est ab omni scelere libera, perfecta, & incontaminata puritas. S. Petrus a fidelibus plenam & universalem sanctitatem requirit: In omni conversatione sancti sitis; aliqui enim in templo videntur Angeli, & domi sunt diaboli, requirit ergo continuum exercitium omnium virtutum. Talem sanctitatem oim habebant Estai, seu Esseni, de quibus S. Iustinus. In carne sunt, sed non secundum carnem vivunt: in terra degunt, sed in calco conversantur. Amant omnes & ab omnibus infestantur... Pauperes sunt, & multos dicit, omnibus indigent, & omnibus abundant. Ignominia afficiuntur, & in ignominia celebrantur, maledicuntur, & benedicunt, contumeliosis lacesuntur, & honorant. &c. C. in 1. Petri c. 1. v. 15.

Hec ipsa sanctitas, & constantia in per-

secutionibus, & tormentis, qua omnes usque ad mortem clamabant, cum S. Blandina, cum S. Diacono & aliis: Christiana sum! Christianus sum! Fuit ille magnus, ferrea gentium corda ad sanctam fidem pertrahens. Multi iudices, ipsique torores conversi sunt. C. in 1. Petri c. 2. v. 12.

Christianus debet esse confixus cruci Christi: 1. Sicut crucifixus non est liber ad movendas manus & pedes. 2. Sicut crucifixus continuo sua cruce cruciatur. 3. Sicut crucifixus non curat homines transeuntes, spectacula & delicias. 4. Sicut crucifixus de crastino non est sollicitus, nec curat possessiones. 5. Sicut crucifixus solum ea cogitat, ad qua paulo post se migraturum sperat. &c. Ita Christianus in his omnibus Crucifixo se conformare debet. Porro sicut Christus per crucem debellavit mundum, carnem, & demonem; ita Christianus miles est cruce armatus, ad quam militiam Sacramento Confirmationis inungitur & roboratur. C. 1. Petri c. 4. v. 1. Et 1. Petri c. 2. Christiana fides est professio sanctitatis, hinc Christiani vocantur Fideles, Fratres in Christo. C. Ep. ad Coloss. 1. v. 2.

Fidelitas, sinceritas.

43. Pristinam evasit hoc tempore.

Nonne rarum quid erat, quod Putiphar totam domum suam credidit fidei Joseph hominis exteri? nempe noperat Dominum esse cum eo. Ex quo: ex illius fide, sinceritate, industria. S. Ambrosius ait: Adeo sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Nunc in contractibus tot clausulae, tot oppignerationes, & sigilla satis denotant, quo loco stet antiqua fidelitas. B. Ser. 38. n. 46. 47. Primum celum, & prima terra abierit. &c. M. conc. 8. aff. 1. n. 3.

Jam nihil nisi fallacia, & mendacia sunt in mundo, ait Sanctus Thomas de Villanova. Ginch. unus pro omn. consid. 45. in fine. Jam multi sunt velut centaurs, qui ex dimidio sunt humani, ex dimidio bestiales: sciunt nequitiam suam, velut Tiberius, P. lat. 27. sciant simulationibus tegere: Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

Veritas jam ubique vapulat & regnat mendacium. Paoletti Dom. 2. Adventus. Monachus vendere iustus animum, & interrogatus, an animus valeret: libere ubique respondit, nec hilo illum valere, & sic animum reduxit ad Abbatem. Nanc aliter sunt venditiones. E. Venditio verax.

Cle.

Mysteria Fidei.

45. Non sunt curiosi & subtiliter scrutanda.

Clementem VIII. Pont. Max. Neapolus sub mensam adibat, & sella illius liberius, quam per urbanitatis leges liceret, innitebatur. Monitus ab assistantibus, ut modestius ageret, reposuit: Non possum a quoquam melius sustentari, quam a Summo Pontifice! O utinam plures darentur amici, quorum fidei secure quis inniti posset. T. n. 324.

44. Ubi & quibus precipue servanda?

Inprimis in celandis secretis caute servanda: S. Petrus Apostolus mortem Ananias per tres horas adeo in occulto habuit, ut uxori Saphiræ non innotuit. M. conc. 25. §. 1. n. 4. Christus Dominus suscitacionem filia Archisynagogi, & transfigurationem suam in occulto haberi voluit. libid. n. 6. O quot damna sepe irreparabilia confundunt ex propalacione secretorum? C. Eccli. 8. v. 21.

2. Servanda inter conjuges: hinc monet Apostolus: State sicut in lumbis vestros in veritate: ideo conjuges cinguntur, ut significant amorem & fidem, qua alteri coniugi fidei obstricti. Hinc apud Jeremiam Deus populum Israel vocat lumbare, quia populus hic instar cinguli Deo adstrictus esse debebat. Sic sponsi suis sponsis donant cingulum, ut admoveantur fidei, & puritatis conjugalis. C. Ep. ad Ephes. c. 6. v. 14.

3. Servanda militibus, hinc cingulum militare accipiunt, ut admoveantur Sacramenti, & fidelitatis, quam suo Duci jurarunt. Unde milites, cum exauctorabantur, ut fidem fregerunt, cingulo & baltheo solebant privari. C. Ephes. libid.

4. Servanda Virginitas; hinc illæ cingebantur cingulo tanquam symbolo integritatis, constantiæ, & fortitudinis: apud Hebræos puellis, quæ thesaurum virginitatis prodigebant, cingulum abripi, illis: que loco hujus funiculus & cilicium porrigi: ille autem captivitate paniri solebant. C. Ephes. 6. v. 14.

5. Servanda etiam ipsis hostibus, hinc Sedecias, & plures alii a Deo puniti sunt propter perfidiam. C. Jerem. 39. v. 16.

6. Servanda in arcanis consiliis, presertim in bello, & senatu, ne illa per contrarias machinas præventantur, & enerventur. Etiam in spiritualibus consilia celanda sunt diabolo, ne ille nervos in contrarium adhibeat. C. Eccli. 8. v. 21. Vide Tit. Mortificatio lingue per silentium &c. Item Eccli 27. v. 17. Item 2. Petri 3. v. 1.

Moyse ad Deum accessurus iustus est se excalcare: ajunt SS. PP. id præceptum fuisse, quia per modum naturæ, audacter curioso, & parum Religiose ad illud mysterium perforandum accedere vitios est. S. punct. 119.

Sponsa audire debuit: Averte oculos tuos a me. Quasi dicatur, nolite scrutatrix Majestatis, quæ, quanto magis aspiciatur, tanto minus comprehenditur. S. lb. fol. 370. P. Hom. Chr. p. 1. dist. 2. n. 5.

Seraphim velant faciem ante thronum Dei, ut denotent insipientiam incomprehensibilitatem. S. lb. fol. 370.

Jacob domi quærit nomen Dei, loco responsionis objuratur tanquam excedens metas naturæ. S. lb. fol. 371.

Percurrit Dominus de Viris Beslamitibus: ea quod visissent arca Domini, hoc est, quod introspexissent: Ubi Robertus: Idcirco percurrit eos, quia curiose inspecerunt arcam Domini. S. punct. 119. fol. 372.

Sanctus Franciscus Salevis comparat tales scrutatores fumo, qui in altum ascendens evanescit; aut muscæ, quæ in lumine alas adurit.

S. Egiydus aiebat: mihi fat est in litore maris lavari, quin sciam, quam profundum, & latum sit mare. B. Ser. 48. n. 7. & seq.

S. Augustinus de S. Joanne: Video quam sublimia loqui debuit, qui est aequale comparat, & tamen etiam nos humi reputat, infirmi, & vis ullius momenti inter homines audeamus trahere illa, & illa exponere, & putamus nos aut capere posse dum cogitamus, aut capere, dum dicimus. Brev. in Octava S. Joann. Apoc. L. 1. 6.

Hippocrates, & Pythagoras discipulis legem dederunt, ut nunquam de doctrina interrogarent, sed auctoritate Magistri niterentur dicentes: Magister dixit: & nos eodem honore non dignabimur Dominum? &c. A. lect. 6. n. 2.

B. Rayn. Ord. S. Dominici, cum in juvenute Theologicis subtilitatis intellectum curioso pasceret, in gravissimam fidei tentacionem incidit, ita ut dubitare cœperit, an gentium, Judæorum aut Christianorum doctrina vera esset. Abiturus fuisse ex Religione, nisi B. V. in via illi obstitisset, inquit: Quo abis? cur de Evangelio dubitas? Hac voce perstritus, penitentiam egit, & ad magnam sanctitatem ascendit. Ephem. Dom. 16. Febr.

R. 4. Ca.

a. Tull. ad ann. Chr. 150.

S. Amb. l. 3. de Off. c. 10.

Cont. 6.

S. Aug. tr. 16. in Joann.

Cameniacum Urbs in Podolia per naturam & artem munitissima inter præaltas montium rupes adjacet, ita, ut inexpugnabilis esse videatur. Osmannus Turcarum Imp. illam ab eminibus per tubum opticum exploratam admiratus, quæsiit: Quis tam munitam fecerit? Responsum est: Deus & natura fecit! tum subintulit barbarus: si Deus illam tam munitam fecit, Deus illam expugnet, ego non & sic proportionaliter sentiendum est homini Christiano in veritatibus fidei: Deus hanc vel illam veritatem revelatam v. g. de Ss. Trinitate, de Incarnatione Dominica, de presentia Christi in Eucharistia, de immortalitate animæ, & alias tibi inaccessibiles, & supra captum tuum fecit, non potes comprehendere! Non possunt, ergo dic: Deus illam comprehendat! ego frustra conitor! Mihi sufficit quod sit veritas Ecclesiæ revelata &c.

Angelus tota nocte cum Jacobo luctatus mane surgente aurora petit dimitti: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora.* Cur hoc petit? Quia Angelus noluit se clare ostendere; quæ enim Divina, & spiritalia sunt, hæc arcana sunt, & supra hominum captum. C. Gen. 32. v. 25.

Israëlites circa comestionem Agni Paschalis mandatum habuerunt, ut caput cum pedibus & intestinis vorarent. Per caput Christi Divinitas, per pedes humanitas, per interiora intelliguntur secretiora mysteria, quæ omnia debemus vorare id est credere: *Sacramentum Dei altissimi suscipiendum est, non ascutiendum, venerandum, non adjudicandum,* ait San. Bern. C. Exod. 22. v. 47. f. 433. c. 2.

Cum Deus promissit Moyli, quod velit descendere in montem Sina, & ibi tradere legem, simul sub pœna mortis prohibuit populo, ne quis ascenderet, aut tangeret montem ut indicet, ait S. Greg. alta non esse scrutanda. C. Ex. 19. v. 12.

In lacu quodam comitatus Mansfeldici, quæ salisum vocant, si piscatorum retia altius immergantur, proflus aduruntur, ac si flammis fuisent admotæ, æconcremata. VV. ar. dif. Fon. 28. Ex. 16. Sic si nimis profunde in fidei mysteria te immergere velis, id non sine tuo nocumento facies.

Homo literatissimus non potest capere naturalia, quæ quotidie coram oculis habet: quomodo ergo capiet supernaturalia: si non ita est, dicat rationem, cur talia in suis foraminibus multis spatibus distitæ flores in meo horto odore? dicat, quomodo aranea ab una arbore ad aliam fila ducat? dicat, quomodo formi-

ce ordinatissimam rempublicam faciant, frumentum pro hyeme comportent, pigritantes mulctent, mortuos sepeliant? dicat, quomodo apes Regem sequantur, laborem suum oculis hominum occultent, ex succis florum mellis favos componant? dicat, quæ arte bombyx ex suis viscifera sericum conficiat? dicat, quæ ratione tineæ subtilissimis dentibus pannum corrodant. Dicat, cur scorpionis veneno intoxicat, & simul ejusdem veneni medicina sit? dicat, cur felibus crescente luna pupillæ decrescant, decrescente crescant? dicat, unde illa astutia volucrum v. g. cuculi & aliarum, ut dum nidos facere ignorant, in alienis nidis ova confringant, & sua reponant? dicat cur gallus leonem suo cantu perterrefaciat? dicat, quomodo Remora exiguis pificulis totam triremem in suo cursu sustilaminare valeat? Dicat, quomodo homines & animalia post diluvium in Americam insulas a continenti remotas venerint? Dicat, quomodo imaginatio matrum varias scetibus formas imprimat? Dicat, cur bruta animantia, ut galli cantu, boves olfactu tempestatem præsentiant?

45. *Credī debent, ut crediū difficilia.*

Quæ de orbe altero, & Americis insulis narrantur, sæpe videntur imperceptibilia, & tamen ea credis, quia ab auctoribus probatis referuntur: ita etiam credere debes res fidei, quia a Deo revelantur. Tales Americane relationes sunt: v. g. Quod ibi dentur testudines, quorum scuta pro tecto domus, aut pro scapha servant; item quod tantæ sint magnitudinis, ut cum quinque viris prorepant. VV. font. 45. ex 7.

Quod ibi dentur formicæ magnitudinis lupi, quarum pellibus homines vestiuntur. Ib. ex 8.

Quod ibi inveniatur arbor, sub cujus unico ramo ducentæ oves stare & circumire possint. Ib. ex 9.

Quod in Mauritania dentur vites, quas duorum hominum complexus capere non possit, quarum botri tam magni sint, ut puerorum magnitudinem superent. Ib. ex. 13.

Cum ergo naturalia quotidie fieri solita captum humani intellectus adeo superant, ut simplici aliorum narratione acquiescendum sit; quanto magis id necessarium est in rebus supernaturalibus, quarum sublimitas angelicam etiam intellectum transcendit! Ita fecerunt Sancti etiam literatissimi. S. Greg. in complanadis dif-

difficultatibus contextus S. Matthei & S. Luca; ajebat, malle se alieno intellectui cedere, quam suo inhærere. Hæc humilitas est Sanctorum, econtra obstinatio est hereticorum, qui sua solum sentia adorant, aliena vero explodunt.

Lanfrancus mundum relictiurus pauperum cenobium elegit, ubi supra mensam lestitans, cum perperam correctus esset, ut certus fuerit, se bene pronuntiasse, male ut justus fuit, pronuntiavit. E. Ver. Humil. Ex. 21. S. p. 7. c. 2. f. 917. Sic captivandus est intellectus in obsequium fidei, & eo sensu dicere solebat Humilimus August. Ego senex, & Episcopus paratus sum a puero doceri. D. 8. 60.

47. *Sunt incomprehensibilia creatio intellectui.*

Seraphim velant facies suas antethronum Dei. S. punct. 19. f. 370. Jacob, dum nomen Dei indagat loco confessionis, objuratur. S. Ib. f. 371. Dum Majestas Dei replevit templum, non audent ingredi, id est scrutari Sacerdotes. S. Ib. Sanctus Leo ait. Succumbat humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus eius impari se semper inveniat. S. Ib. fol. 372. Elias caput pallio obnubuit: ubi Gregorius: Vultum pallio operire est mentem consideratione propriæ infirmitatis velare, ne audeat altiora se quærere. S. Ib. f. 273. Vide Titulum Bonitatis Dei.

Tam imbecillis est humanus intellectus, ut etiam operationes naturæ capere non possit. Quis explicabit fluxum, & refluxum maris, super quo Aristoteles ex tædio mortuus esse dicitur? quis explicabit, quod omnia flumina intrent in mare, & tamen istud non redundet? quis explicabit, quod mare salas habeat aquas, cum tamen tot recipiat dulces? quis explicabit, quod mare tot monstra habeat, nullum tamen cadaver patiatur? quis explicabit, quod maris tumultuantis ira in arena frangatur, nec illosterminus transcendat? Hæc omnia capere non potest humanus intellectus, quomodo ergo capiet supernaturalia &c. D. 10. 99. p. Hom. Chr. p. 1. dif. 2. n. 5.

Eunomius hæreticus gloriari ausus est, se Divinam Naturam tam bene cognoscere, quam cognoscat ipse Deus. Hunc explodit Sanctus Basilus, quæritque ac cognoscat naturam unius formicæ: *Qui se existimant, scientiam assecutum esse gloriatur, exponat nobis, quomodo quod mi-*

nimum est, ... natura habeat, & que formicæ sit natura, dicat. Gentilis Socrates discretior fuit, quam hic hæreticus, falsus est enim, id unum se scire, quod nihil sciat: *Ex Doctis, Cardin. Nicolaus de Cusa librum tuum intulit vulgus de dōta Ignorat. Esc. D. 11. 85.*

Optima dispositio ad capiendā altissimam fidei mysteria sunt humilitas, & simplicitas. Hinc veritates revelatæ comparantur lacu, quod parvulus fugit clausis oculis. Ita David erat talis parvulus inquis; *Neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis. S. pun. 19.*

Temina sanctæ, Fratres Laici, omnis litteraturæ expertes sæpe de verbis Divinis altius loquuntur, quam doctissimi Theologi: uti S. Catharina Senensis, S. Gertrudis, S. Egidius & Didacus ex Ord. S. Francisci. Vide Tit. Oratio.

Deus multa creavit, quæ captum nostrum superant, ea ergo scrutari vellet impossibile, relinquamus illa Angelico, & Divino intellectui. Opera omnipotentis, & omniscientis Dei ita intellectum nostrum superant, sicut Majestas Dei humanitatem, mentemque nostram transcendit. Mathematici hoc ævo multa per Dioptram in firmamento observant, quæ veteribus fuerant incognita. Simile est in Meteoris: quis causam det, cur enecephias domos & naves in alium locum transferat &c. Multo magis capiet nostrum transcendunt Mytheria SS. Trinitatis, Eucharistia, & alia &c. C. Eccl. 3. v. 25.

Lex Christiana, seu Præcepta Dei.

48. *Non solum scire, sed opere explorari debent.*

Lex Christiana speculum est, quod non repræsentat sonum, sed motum; ait Raulinus. B. Ser. 20. n. 30.

Guerricus ait: *Hodie, si de mysterio fidei interroges, omnes fere invenies Christianissimos: si conscientias discutias, paucos admodum invenies Christianos.* B. Ser. 40. n. 20. Ser. 54. n. 22.

Deus digito scribit decem præcepta, ut significet illa opere debere explorari. M. con. 28. aff. 2. n. 1. Ideo dedit homini decem digitos, ut continuo monitum habeat decem præceptorum. B. Ser. 54. n. 10.

Dæmones tam bene sciunt Legem Christianam & præcepta Dei, quam fideles; non tamen ideo meretur nomine Christiani: Parem in morem Christiani nomine indignus est, qui nomine quidem Christum, moribus

S. Rev. in Esp. B.

S. Leo Ser. de Pass. Dum.

S. Greg. in 1. Reg. 20.

Leet. in Americ. l. 1. c. 9. Balib. Bonifac. in Hist. Ind.

S. Basil. cont. Eun. c. 108.

Raul. Ser. 1. Dum. 1. post. Guerr. Ser. 4. de Epi.

rius vero demonem refert. B. Ser. 40. n. 22. Ser. 44. n. 13. 14. 15.

Deus vult infideles converti, & ita fidei propagari per bona exempla Christianorum: Sic luceat lux vestra carum bonis. Cum autem Christiani intellectum tantum non voluntate, verbo tantum, non opere observant precepta, scandalum sunt infidelibus, non edificationem. Seg. Man. 15. Sep. n. 2.

Antequam Moyses Legem recepit a Deo, iustus est populum sanctificare: En Legem Dei habere non debet, nisi sanctus seu sanctificatus &c.

Innumerabilia sunt penarum exempla, quibus puniti sunt transgressores preceptorum. Israelita a Deo derelicti sunt puniuntur contra Amalecitas contra preceptum Domini. Lapidatus est homo colligens ligna in Sabbato. Achan fumens aliquid de anathemate occisus est. Saul de regno de eodem ob transgressionem mandati.

Præsertim illis, qui præfunt, accuratius præ cæteris observanda sunt precepta Dei. Josue quando constitutus est princeps populi, specialiter monitus fuit de observatione legis &c.

49. Observantem beatum faciunt.

Præceptis Dei convenit illud lemma, quod clavi: servo domum domino, fed rursus fervor ab illo. B. Ser. 48. n. 18.

Beatitudo cælestis comparatur denario, quia obtinetur per observationem decem preceptorum. B. Ser. 53. n. 19.

Siqui sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. Differentia est inter nudam perlocutionem & peritum herbarium, quod ille herbas salutes præterat, iste colligat: sic nonnulli agnoscunt virtutem documentorum Christi, alii ignorant. Virtus autem est, quod a morte præservent. Mors corporis triplex est, naturalis, casualis, & violenta, ita mors animæ per peccatum tripliciter contingere potest, & contra omnes tres tueretur sermo Domini. Igitur servandus est corde, ore, & opere. Seg. Man. 2. Aug.

Si rectitudo, aut curvitas ligni mensuranda est, applicatur regula: sic Lex Christiana prodest ad manifestandum statum hominis: exemplum habetur in Davide. B. Ser. 23. n. 3. 4.

Deus in Levitico Judæis suam benedictionem in agnis, in arboribus, in frugibus promittit, si sua mandata observent. Econtra transgredientibus millena molaminiatur. C. Lev. 26.

Qui Deum sequuntur, ejusque mandata observant, sunt quasi Divini; sicut qui Ciceroni, Platoni, Aristoteli student, sunt Ciceroniani, Platonici, Aristotelici &c. C. in Eccl. 23. v. 38.

Noe præ mille aliis a diluvio ereptus est. Quare? quia Scriptura hanc illi laudem tribuit, fecit Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus.

David instruens filium Salomonem post se regnatum ajebat: Tunc proficere poteris, si observaveris mandata.

50. Non sunt observatu difficilia.

Curus, si rotas non habet, a decem equis non trahitur; adde rotas, trahetur a duobus. S. Bern. ait: Onus oneri additur, & minus onerat. Hinc ait David: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum &c. B. Ser. 58. n. 20.

Cur dicis: Non possum? S. August. ait: In omnibus Scripturis Beatiificandi, quia potes; tu e contrario respondes, non posses; considera nunc, utrum tibi, an Deo debeat credi. B. Ser. 59. n. 19. & seq. M. conc. 28. afs. 1. n. 10.

Scis qua methodo alleviari possint precepta? amore: amor omnia faciliat. Qui amat non laborat, ait S. Augustinus. Sponsa in Canticis omnem passionem dilecti vocat fasciculum myrrhe: itane tantum fasciculus est? S. Bern. ait: Propeterea non fascem, sed fasciculum dilectum dixit, quod leve præ amore ejus ducit, quidquid laboris imminuat & doloris &c. A. lect. 6. n. 12. & seq.

Ante tabernaculum, ut ingredients lavare se possent, stabat labrum aneam, inmixtum speculis mulierum. Quomodo possibile est, molem aneam adeo gravem innitti fragili vitro? Sensus moralis hujus loci iste est: per labrum intelligitur Lex Dei, per specula fragilitas sexus, qua non obitante infirma mulieres, usque ad mortem, & martyria Legem Dei observant. B. Ser. 44. n. 9.

Mandata Dei gravia non sunt. 1. Quia Christus liberavit Christianos ab onere mandatorum ceremonialium. 2. Quia excurati seu amanti Deum nihil grave est. 3. Quia Christus dat gratiam, tanquam alas volanti. 4. Quia excitant exempla Christi & SS. C. in Ep. 1. Jo: c. 5. v. 3.

51. Non debent curiose scrutari.

S. Th. ait: Valde est Deo accepta obedientia, cum scilicet aliquid eo quod a Deo dicitur.

dicitur creditur verum: & eo quod ab ipso jubetur, creditur bonum. Hippocr. & Pythagoras suis discipulis legem dederunt, ne examinare sua sententias, sed in omnibus auctoritate Magistri imitari deberent: Magister dixit. Et nos eodem honore non dignabimur Dominum? Diabolica vox est: Cur precepti vobis Dominus &c. A. lect. 6. n. 2.

Milii subditio non fas est justitiam belli examinare, sed tenetur obedire: quanto minus convenit creaturæ examinare precepta creatoris? A. lect. 6. n. 2.

Puer Samuel trinis vicibus vocatus sine mora advolat, nec suspicatur se forsitan ludificari: ubi S. Gregorius: Vera obedientia nec preceptorum intensionem discutit, nec precepta discutit; nescit enim judicare, quisquis perfecte didicit obedire. A. lect. 6. n. 2.

Serpens in Paradiso astute quasi: Cur precepti vobis Dominus, conatur enim evertere finem precepti, ut evertat ipsum preceptum: quamprimum Eva disputare cepit super illud Cur? jam fuit decepta. C. Gen. 3. v. 1.

Noe ad arduum preceptum ædificandi arcam non interrogat causas, & circumstantias, sed prompte manum admovet operari. Abraham iustus immolare filium, non quaerit, cur? quomodo? quando? quem in finem? sed cæco modo obedit. Joseph a Patre missus ad fratres, ex timore precepti poterat eorum invidiam & insidias. Sed perrexit sine oblocutione.

52. Minus observantur quam precepta diaboli, & mundi.

In veteri lege, quamvis Deus minis, ac promissionibus urgebat, rarissimi tamen erant ex Hebræis, qui observant precepta Dei: nunc dum non amplius Dei, sed superstitiosæ præceptiones sunt diaboli, accurate observant, & potius vivi excoriarum malum, quam latum unguem ab illis recedere. Quisquam quam ardua demonis precepta imponit? a gentilibus exquirunt, ut propriis sibi filios parentes mactarent, & novissime in Mexico exigebat, ubi quot annis 20000. puerorum demonibus immolabantur. Quot incommoda sustinere non debent ambitiosi, avari, luxuriosi? & tamen, inquit Chryl. Quamvis diabolus imperet molestia, & horum mercedem ponat gehennam, magis illi obtemperant, quam Christo. A. lect. 6. n. 15.

Rex Saul contra preceptum Dei peregit Regi Amalectiarum. E contra

dom filius ejus, ignorans paterni precepti aliquid gustavit, statim cum ad necem condemnavit &c. B. Ser. 24. n. 35. M. conc. 22. §. 3. n. 1. 2. &c.

Dominus Deus conqueritur: Prævalerunt sermones Jonadab, quos præcepit filiis suis: ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi &c.

Quantas molestias fufferit evanida mulier, ut se ad genium mundi superbe exornet? quam diuturno tempore ante speculum sedet? quot lotiones, lixivia, unguenta utitur, ad pellendas facies, & manuum maculas? quam arcto thorace confringitur, ut delicata comparet: quam angustis calcæis pedes coarctat, ut saltare potius, quam incedere videatur? heu! quantæ ineptiæ! Vidit aliquando in urbe Alexandria Monachus talem vanitatis Syrenem, exclamavitque cum lacrymis: Væ mihi! quia nec dimidiã partem mollestiarum pro Deo sustineo, quas ista sustinet pro mundo. B. Ser. 24. n. 41. seq.

Observatio Festorum, seu Festa.

53. Instituta sunt ad eversionem animarum.

Christus quinque ægrotos per quinque Sabbata curavit: 1. Hydriopium, ut doceret, quod sitim terrenorum desideriorum extinguere debeamus. 2. Mulierem, quam ab infirmitate erexit, ut doceret, quod calum aspiciere debeamus. 3. Habentem manum aridam, ut doceret, quod in die Festo manum extendere debeamus ad elemosinas, & opera misericordiarum. 4. Cæcum natum, ut doceret, quod visum, & fidei lumen per verbum Dei recipere debeamus. 5. Paralyticum, ut doceret, quod in piscina Ecclesiæ fanari studeamus. B. Ser. 50. §. 3. M. conc. 28. aff. 1.

Filii Israel quotidie quidem Manna, sed die sexta duplicem portionem colligebant, ut Sabbato ab omni opere corporali vacare, illudque soli animæ impendere possint.

Christus Dominus frequenter in die Sabbati operatus est miracula, cæcos illuminando, paralyticos sanando, ut doceret, diem Sabbati esse ad hoc destinatum, ut bona opera fierent, in salutem animarum. Archyrisanogor indignanti, quod Sabbato curasset mulierem, reposuit: Hypocrita, uniusquique vestrum Sabbato non solvit bovem aut asinum præseprio, & ducit adquare? hanc autem filiam Abraham, quam alligavit Sa-

Exod. 16.

Luc. 13.

canas, non oportuit solvi a vinculo isto die Sabbati?

Opificia & labores hebdomadales murem & fetorem laborantibus aspergunt: ita opifices una die in hebdomade liti- via, & lotiones pro se parant: si hoc pro corporibus, quanto magis opus est pro- anima, quæ ex negotiis & conversatione quotidiana maculatur, & foedatur &c.

54. Non in bonoventur servilli labore.

Judæi accuratissimæ observabant Sab- batum. Non præparabant cibos, non col- ligebant Manna, non humi levabant li- gnum; fuit enim aliquis lapidatus, qui li- gna portare visus est. Non ramum decer- pant de arbore, non excitabant focum, non emebant aut vendebant &c. D. 3. 49.

Cervi fiticrua nimis ponderosa illis ex- crescant, ea ad lapidem confringunt, ut tanto expeditius sine his impedimentis cur- rere valeant, sic vult Ecclesia ut in die Festo pondus secularium negotiorum ex- cutiamus, ut tanto velocius ad Deum cur- ramus. Non vult Deus otium, sed fan- ctam quietem, qualis est quies arcus, qui ideo tantum remittitur, ut jacendis fa- gittis tanto fit aptior &c. Seg. Hom. Chr. p. 1. dif. 11. n. 13.

Deus præcepit Judæis, ut 7. anno, id est, anno Sabbatico non fererent, nec meteterent. Hoc super mandato sollicitate- rant Judæi, dicentes, quid illo anno co- medemus? & Deus promisit illis, quod benedictionem suam dare, & anno sexto tam uberem messem illis largiri velit, quæ tribus mensibus æquivaleret. Si hoc Judæis Deus promisit, etiam Christianis, si sua lucra non querant violando festa, suam benedictionem dabit. C. Lev. 25. v. 20. 21.

Homo deprehensus die Sabbati colligere ligna, a toto populo fuit lapidatus. Nehe- mias videns homines torcularia calcantes, & onera portantes in Sabbato, objurgavit eos.

55. Sunt sanctæ honoranda.

Dies Dominica ex singularibus præro- gativis sibi honorem vindicat: nam, 1. Dominica erat prima die creationis. 2. Hac die Hebræi sicco pede transerunt mare. 3. Pluit Manna. 4. Christus na- tus fuit. 5. Baptizatus in Jordane. 6. Primum miraculum fecit. 7. A tribus Ma- gis adoratus est. 8. Quinque panibus po- pulum pavit. 9. A mortuis surrexit. 10. Apostolus potestatem dedit evangelizan- di. 11. Dominica vidit Jo: Apocalypsin. 12. Dominica erit universalis resurrectio.

Ideo honore singulari digna est hæc di- es: Constantinus Magnus eam adeo ho- norari voluit, ut etiam ethnicis militi- bus formam orandi præscripserit, quam perolvere debebant interim, dum Chri- stiani erant in Ecclesia. D. 4. 95.

Deus benedixit diei Sabbati, & sancti- ficavit illum; quia in illo cessavit ab om- ni opere suo. Sic sanctificanda sunt Dom- in. & Festivæ dies, substituta Sabbato.

Die Sabbati offerantur duo agni, die- bus aliis tantum unus, ad designandum, quod in Festis abundantius Deum hono- rare debeamus.

In omni genere, & specie datur ali- quid excellens: inter uniones adamas, in- ter ligna cedrus, inter metalla aurum, inter volucres aquila, inter animantia leo, inter homines Princeps &c. Sic Deus vo- luit Dominicam eminare inter tempora.

Sabbato post creationem mundi quærit Deus ab opere mundi creati: Sabbato post redemptionem mundi quærit Deus in sep- pulcro a sua passione, ut doceret, septi- ma die seu Dominica hominem quies- cere debere, & considerare opera Dei, quæ in creatione, & in redemptione fa- luti hominum impendit &c.

S P E S.

56. Collocanda in solo Deo, non in humanis Viribus.

Israelæti contra tribum Benjamin ex- jussu Dei pugnantes bis vincuntur. Quare? Sacer textus rationem innuit: *Fortitudine & numero confidentes*. Ideo per- misit eos Deus vinci, ut humiliarentur, ait Lyranus. B. Ser. 26. n. 34.

Multi circa victum & vestitum confi- dunt in suis Viribus: melius spes omnis collocatur in Deo. B. Ser. 53. n. 2. 3.

Muri Jericho non defenderunt Jeri- chuntinos, & textura aranea defendit Da- videm: ut indicetur majorem esse tute- lam Dei, quam omnis cautela humana. B. Ser. 74. n. 27.

Petrus bis super aquas ambulat, vesti- tus, & nudus: ut nudus mergitur: mi- rum! potius debuisset evenire contrari- um, quia vestes gravant. Nempe eo mi- nus secuti sumus, quo magis nos securos reddere volumus. S. pun. 28. f. 125.

Quando Gedeon vicit? Respondeo tunc cum maximam partem exercitus dimisit. S. lb. Asa mortuus est, quia in agritu- dine spem in medicos posuit. Princeps Synagoga petens vitam filiz in solo Deo condit. S. pun. 29. f. 127.

Sunt

Pro. 11. Sunt qui spem collocant in divitiis, sed qui confidit in divitiis, corrumpet. Mundus & homo decipit, solus Deus servat fidem perpetuo, qui custodit veritatem in sa- culum. Ait Campensis. S. pun. 29. f. 128.

In Belgio Vir insignis moriturus im- plorat auxilium uxoris, filiorum, filia- rum & domesticorum omnium, cumque ab omnibus audiret, se opem ferre non posse, exultans subintulit: O quanto fa- tius Deo servivissem! T. n. 102.

Paulus Apostolus monet Timotheum, ut præcipiat divitibus, non sublimè sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivente.

57. Non abicienda a peccatore quan- tumvis magno.

Deus peccatorem querit, & amat, et- iam dum in peccato est: ergo sicut inimi- ci esumus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc justificati salvi eri- mus, ait S. Paulus.

2. Si perdere vellet, non dedisset spa- tium penitentia: Si Dominus vellet nos occidere, de manibus nostris holocaustum non suscepisset, ajebat Mater Samsonis: ita etiam non dedisset hanc Sacramen- torum famem. S. purd. 24. fol. 98.

3. Animant nos alii peccatores rece- dere, uti Iatro, Magdalena, filius prodigi- us: de hoc ultimo ait Chrysologus, utat perdidit quod filii est, Deus quod Pa- tris est non amisit. S. pun. 26. f. 116. Vi- de Tit. Misericordia Dei.

4. Etiam si peccator sentiat flagella Dei punientis, non cadat animo, experietur auxilium ab ipso Deo, qui nunc casti- gat. Quis unquam miserior, quam Job? orbatus filiis, derisus ab amicis, spolia- rebus omnibus; & tamen dixit: *Etiam si occiderit me, in ipsum sperabo!*

Abbas Isidorus apud Sophronium ait: *Demonum opus est, cum animam in pecca- tum desererit, in desperationem precipi- tent. At penitens e contra clamabit: Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Do- mini &c.* Ofæ 2. v. 15.

Admirabile est estatum Ven. Ludovici Blossi: fasciculus stupparum in ingen- tem ignem missus, non ita repente in- cenditur, quam repente Deus peccatis no- stris propter ineffabilem misericordiam suam ignoscit, dum vere nos penitet vi- re male actæ. Lud. Blof. p. 4. 6. 2.

Sept. in 1^oato Sp. n. 110.

58. Aeternorum facilitat omnem laborem.

S. Arsenius moriturus rogabatur, ut do- cumentum aliquod relinqueret: reliquit duo verba: *Ibi, ubi*. Non intelligentibus explicavit: *Ibi nostra fixa sint corda, ubi, vera sunt gaudia*. B. Ser. 62. n. 36.

Spes maxime solatur in articulo mortis, ideo ibi maxime eligenda. B. Ser. 62. n. 37. Tobias inter irrisivos, & persecutiones in cælum suspiciens ajebat: *Expectamus vitam illam, quam Deus daturus est con- fidentibus in se*.

Pisces qui pinulas habent, numerantur inter animalia munda, quæ comedi, & ad altare offerri poterant. Quare? quia nonnunquam saltant super aquas ver- sus cælum, Ita Christianus inter aquas curarum secularium innatus nonnun- quam versus cælum exiliter, & lenimen experietur. C. Lev. 11. v. 9.

Unus ex septem illis fratribus, iussu tyranni linguam statim protulit, & manus extendi, inquit: *Es calo ista pos- sideo, ibi amputata iterum recipiam*.

Spes animat colonos ad laborem, & milites ad pugnam, & victoriam. Alex- Magnus ad prælium iturus, & regias opes omnes distribuens, quatuor a Perdicca: *Quid tibi nunc superest Rex?* respondit: *Spes!* sic a Deo speranda sunt æterna! *Spes in æternitatem animam erigit, & in- circo nulla mala exterior, que tolerat, sentit*, ait S. Greg. C. Habac. 2. v. 4.

59. Concipitur ex promissionibus Dei.

Frequens est illud in Script. *Ut adim- pteretur Scriptura &c.* sic jamjam animam agens Christus in cruce, ut consummare- tur Scriptura, dixit: *Sitio*: Antequam ani- mam efflaret adhuc quati totam Scriptu- ram percurrens, dum adhuc deesse vidit parum acetii, exclamavit, *sitio*. Quid igitur tu distidis in tuis necessitatibus: *Jo- ta unum, aut unius apex non præteribit* &c. S. pun. 22. f. 91.

Spes ejus in Domino Deo ipsius: Non in principibus, & humanis auxiliis: Ubi Campensis: *Felix cuius sita est omnis spes in Deo suo, qui & fidem servat perpe- tuo, & custodit veritatem in seculum*. S. pun. 29. f. 128.

Quamvis Deus non statim in auxilium veniat, non tamen abicienda est spes, & longanimitas. Abrahamo promisit Deus pro multiplicanda sua gente numerofam sobo-

Tob. 7.

2. Mac. 7.

Gen. 32.